



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 11. Quæstio, an Christus semetipsum in Cœna Patri suo in Sacrificium obtulerit?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Ceterum contrariis, quæ Joannes Baptista Castanea Rosanensis Archiepiscopus proponerat, argumentis respondebant Petrus Camajanus Fesulis in Etruria Episcopus, & Didacus Covarruvias Civitatenfis Antistes, illosque sequebantur alii Præsules, atque inter eos Julius Magnanus ex Ordine Fratrum Minorum Calvensis in Corsica Episcopus affirmabat, quod præter recentissimum, ac validissimum exemplum ipsius Tridentini Concilii in præteritis Sessionibus, etiam in Ephesino Canones obscuriores adjecta doctrinæ luce a Sancto Cyrillo declarati fuerint: quapropter sancitum, ut decreta in meliorem ordinem redigi curarent, potissimum eo nomine, quod ipsimet, quibus ea sollicitudo fuerat injuncta, plura adhuc corrigenda superesse faterentur, dein vero cum res omnibus numeris fuerint absolutæ, a Concilio approbarentur.

Æc. XVI.  
A. C. 1562.

§. XI.

*Quæstio, an Christus semetipsum in Cæna Patri suo in Sacrificium obtulerit?*

Altera, magisque difficilis quæstio in eadem hac Congregatione die undecima Augusti de oblatione Christi Domini in ultima cæna agitabatur, ibi

*Pallav. c. I. n. 10. Et cap. n. I. Et seq.*

Q 2                    autem

**Sæcul. XVI.** autem quærebatur, an Christus seipsum  
**A.C. 1562.** Patri obtulerit tanquam Sacrificium in  
 cœna, vel duntaxat in Cruce, atque ve-  
*Epist. Scrip.* trum Missæ Sacrificium sit propitiato-  
*ad Borrom.* rium. Circa hanc quæstionem nihil in  
*5. Sept. 63* decretis fuerat digestum, eoquod Ser-  
*Arch. Jadr.* pandus Legatus tum Præses id haud  
*13. Aug.* necessarium fore crederet, cum hæc quæ-  
*apud Pall.* stio in Concilio sub Julio III. jam fue-  
 rit proposita, imo & discussa: Salme-  
 ron vero, cui Sotus adversabatur, men-  
 tem suam circa dogmatum capita a-  
 periens, Sacrificium esse propitiatorium  
 propugnabat, suasque rationes Patri-  
 bus scriptotenus communicabat; quo-  
 rumdam tamen sententia hæc erat, Eu-  
 charistiam esse Sacrificium propitiato-  
 rium, comprobari non posse ex hoc ar-  
 gumento, quod Christus Dominus fue-  
 rit Sacerdos secundum ordinem Mel-  
 chisedech offerens panem, & vinum, cum  
 non legitime stabiliri id posset, si adhuc  
 ambiguum relinqueretur, an Christus  
 unquam Sacrificium propitiationis ob-  
 tulerit per panem, & vinum: eapropter,  
 postquam decreta in Congregatione Pa-  
 tribus fuere proposita, quantocius fer-  
 vens hanc in rem excitabatur disputa-  
 tio, & sicut animi attentionem fortius  
 ad se trahunt res in quæstionem voca-  
 tæ, quam manifestæ, ac claræ, quibus  
 ingenium nihil de suo tribuit, ita etiam  
 com-

complures studium, rationesque quis- Sæcul. XVI.  
 que suas ad hoc argumentum conver- A. C. 1562.  
 terunt.

§. XII.

*Quadruplex Patrum sententia circa  
 hanc quæstionem.*

**A**ttamen in hac disputatione Synodi Pallav. c. 2.  
 Patres in quatuor scindebantur clas- n. 1.  
 ses, atque in primam abiit Madruc-  
 cius Cardinalis, & cum eo Petrus An-  
 tonius de Capua Archiepiscopus Hy-  
 druntinus, necnon Castanea Rosanensis  
 Archipræsul, & alii complures, qui una-  
 omnes affirmabant, quod Christus pro  
 nobis seipsum in ultima Cœna immola-  
 verit, porro id ipsum Scripturæ oracu-  
 lis, Patrum testimoniis, auctoribusque  
 Græcis, ac Latinis confirmabant, ac Ca-  
 stanea addebat, id etiam in libello *In-  
 terim* Germanici contineri. Postea Joanes  
 Antonius Pantofa in Neapolis Re-  
 gno Episcopus Licteracensis considera-  
 bat verba a Christo ad Apostolos, & in  
 ipsis ad Sacerdotes dicta, necnon Mel-  
 chior Cornelius illud: *Hoc facite*: expli-  
 cans perpendebat, quod hæc verba no-  
 bis indicarent aliquid consimile rei præ-  
 ceptæ, quæ antea peracta, & postea in-  
 dicata fuisset, cum id importetur illo  
 pronomine *hoc*: „jam vero Christus,  
 „ajebat ille, præcepit Apostolis, & in i-

Q 3

„psis